

ammum, scabellum, subsellia, sella, scamellum, A
 rædictis pluteum, sedemque, sedilia jungas.
 st *seges*, atque *ceres*, sunt *fruges*, et *sata*, *messes* :
 um *seritur*, *seges* est; *sata*, cum *radicibus* hærent;
ruges, cum *fruitur*; sunt *messes*, quando *metuntur*;
 eque *creando* *Ceres* fertur quia *res* creat omnes.
 dicitur *annona* quam *postulat* *annuus* *usus*.
 st *mausoleum*, *pollandum*, *tumba*, *sépulchrum*,
sarcophagus, *bustum*, *tumulus*, vel *piramus* una,
 dans *monimenta* *necis* *coniungitur* *his* *monumen-*
 [tum.

Seminium, *seminarium*, *sementis* *idem* *sunt*,
Semina *jungantur* *prædictis* *a* *sero* *dicta*,
 Et *sementa* *res* *est* *a* *sero* *semina* *nata*.
Discus, et *catinus*, *lanx*, et *scutella*, *perapsis*.
 Sic *de lance* *bilanx*, *parasitus* *nomen*, *perapsis*.
 Est *consors*, *socius*, *comes*, *collega*, *sodalis*,
 Dat *sors* *consortem*, *comitem* *via*, *mensa* *sodalem*
Missio *collegam*, *socium* *labor* *efficit* *idem*.
Signifer, aut *signarius*, *rem* *signat* *eandem*,
 His *primiferus*, *vepillifer* *associetur*,
Primus *pila* *ferens* *est* *primipilus* *in* *istis*.
Splendet, et *irradiat*, *fulget*, *nitet* *atque* *coruscat*,
Emicat, *atque* *micat*, *rutilat*, *claret*, *atque* *reluçet*.
Plumes, *caries*, *sanies*, *pus* *res* *eadem* *sunt*,
Sordes, *spurcicia*, *fex*, et *feculentia* *squalor*,
 Cum *macula*, *tabes*, *his* *sunt* *contagia*, *labes*,
 Dic *sordes* *cupri*, *scoriam* *dic* *esse* *metalli*,
 Dat *tabi* *tabo* *non* *plus* *per* *cætera* *quæro*.
Glabero *sit*, *cujus* *caput* *occupat* *est* *glaberosus*,
Corporis *at* *reliqui* *scabies*, *hinc* *est* *scabiosus*,
Pustula *corporibus* *totaliter* *hæret*, et *ulcus*.
 Est *serpens*, *hydrus*, *coluber* *simul* *hydra*, *celin-*
 [drus,
Vipera *prædictis* *nepa* *coniungatur*, et *anguis*,
 Atque *dracena*, *draco*, *sunt* *scorpio* *de* *speciebus*.
Immolo, *sacrifico*, *sacro*, *lito*, *mactito*, *macto*.
Nomen *carnificum* *de* *mactando* *trahit* *ortum*.
 A *lanio* *dictos* *quos* *dicimus* *esse* *lanistas*.
Calceus, *est* *solea*, *pero*, vel *sotularis*, *aluta* :
 Est *quia* *munda* *luto*, *nomen* *sibi* *sumit* *aluta*.
 Est *fatuus*, *stolidus*, *erroneus*, *insipiensque*,
Inscius, et *brutus*, *simplex*, *idiotaque*, *stultus*
Indoctus, *simul* *insipidus* *coniungitur* *illis*,
Inconsultus, et *eligius* *cui* *verba* *negantur*.

Incautus, *sit* *in* *his* *imprudens*, *inque* *peritus*.
 Tempa, *monasteria*, *delubraque*, *fana* *vocantur*,
Basilicam, *simul* *ecclesiam* *conjungimus* *illis*.
Pila, vel *hastile*, *jaculum*, *catapulta*, *sagitta*,
Missile, vel *telum*, *nec* *enim* *addatur* *arundo*.
Ops, *humus*, *atque* *solum*, *rea*, *terra*, vel *arida* *tellus*.
Lar, *thalamus*, *camera*, *simul* *et* *penetræle*, *reces-*
 [sus,

Addas *conclave*, vel *canapeia*, *penates*,
Reticulum *nobis* *scriptura* *notat* *canoepum*.
 Sunt *canoepia*, *tentoria*, *papiliones*
 Quod *corium* *supra* *portat* *sic* *credo* *vocatum*.
Thuris *thuribulum*, *dic* *incensoria* *vasa*,
 Et *quod* *idem* *signat* *istis* *societur* *aceræ*.
Vina, *merum*, *bacchus*, *bromus*, vel *Liber*, *yacus*,
 B *Istis* *lenæus* *coniungitur*, *atque* *Liæus*,
 Atque *tenens* *mentera* *temetum* *venit* *hinc* *temu-*
 [lentus.

Est *ydromel*, *mulsum*, *nectar*, *cerevisia*, *cisra*.
Pigmentum, *mustum*, *mellicratumque*, *falernum*
 Est *sapa* *quam* *medici* *ponunt* *sub* *nomine* *vini*.
 Est *turbo*, *ventus*, et *flamen*, *flatus*; et *aura*.
Ventorum *species* *complectere* *versibus* *istis* :
 Sunt *subsolanus*, *vulturinus*, *eurus*, *eous*,
Circinus, *occeum* *Zephirusque*, *fovonens* *afflant*,
 Sed *veniunt* *aquilo*, *boreas*, et *chorus* *ab* *arcto*,
 Atque *die* *medio* *nothus*, et *africus* *inflat*.
 Est *indumentum*, *vestis*, *vestitus*, *amictus*,
Exuvias, *spolia*, *cum* *pannis*, *addite* *textæ*.
 C *Quod* *tegitur* *tectus*, *depellit* *frigora* *textum*,
Panniculus *inopis*, *velamina* *jungimus* *illis*.
 His *vestmentum* *societur*, et *operimentum*,
 Quod *vero* *longatum* *versu* *nequit* *esse* *locatum*.
 Unum *significant*, *vinetum*, *vineæ*, *vitis*;
 Vinetum *proprie* *loca* *sunt*, *ubi* *vineæ* *crecunt*.
Pampinus *est* *folium*, *botrus* *flos*, *vineæ* *fructus*,
Surculus, aut *ramus*, *est* *palmes*, *sive* *propago*.
 Uvæ *multa* *simul*, *dic* *singula* *grana*, *racemos*,
 Vineæ *sylvestris*, *sterilis* *labrusca* *vocatur*.
 Alvus, et *alveolus*, *est* *venter*, *ventriculusque*,
 Additur *his* *uterus* *prægnantibus* *appropriatus*,
 Virginis *est* *alvus*, et *sic* *ab* *alendo* *vocatur*.
 Ex *utero* *dicti* *germani* *sunt* *uterini*.

Explicunt synonyma.

D

FRAGMENTUM EX LIBRO DE ÆQUIVOCIS.

Augustus, *ti*, *to*, *Cæsar* *vel* *mensis* *habeto*.
Augustus, *tus*, *ui* *vult* *divinatio* *dici*.
 Mobile *cum* *fiat* *augustus*, *nobile* *signat*.
 Augeo *dat* *primum*, *dat* *gustus* *avisque* *secundum*.
 Aura, *favor*, *splendor*, *flatus* *dicatur*, et *aer*.

Est *abacus* *mensa*, *metrum* *capitale* *columnæ*.
 Hæc *acus* *est* *stilus*, *calamistrum*, *subula*, *rome*.
 Hoc *aceris* *faciet*, *sed* *acus* *dabit* *hæc* *genitivo*.
 Hoc *acus* *est* *palea*, *sicut* *hæc* *acus*, *hic* *acus*, *or-*
 [nat, etc.